



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XLVII. Conrad, Bischof von Verden, bestätigt dem heil. Geist-Hospital zu Perwer das ihm von dem Markgrafen Otto überlassene Patronat der Kirche zu Altmersleben, am 1. Februar 1297.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

veteris ciuitatis Saltwedel debent fideliter exhortari. In cuius rei testimonium prefens scriptum nostro sigillo vna cum sigillo prefate ciuitatis fecimus roborari. Datum Saltwedele, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCVII<sup>o</sup>., in octaua sanctorum Innocentum.

Nach dem Orig. des Salz. Archives XL, 18.

XLVII. Conrad, Bischof von Verden, bestätigt dem heil. Geist-Hospital zu Perwer das ihm von dem Markgrafen Otto überlassene Patronat der Kirche zu Altmersleben, am 1. Februar 1297.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vniuersis Christi fidelibus tam successiue quam presentis etatis hominibus Conradus, dei gratia Verdenfis ecclesie Episcopus — volumus esse notum, quod magnificus princeps, auunculus noster carissimus, Ottho, Marchio Brandenburgensis, seruore deuotionis, quam ad monasterium Hospitalis S. Spiritus fratrum regularum B. Augustini extra muros Soltwedel habere dignoscitur, succensus, accedente heredum suorum et omnium quorum intererat collaudatione, de nostro consensu et beneplacito, jus patronatus ecclesie Altmersleue ad sustentationem prepositi et fratrum inibi Deo seruientium pro remedio et memoria anime sue et progenitorum suorum ipsius monasterii fundatorum donauit manu benefica irrevocabiliter possidendum. Cujus donationem — confirmamus — saluis iuribus prepositi de Soltwedele — liceatque sepedictam ecclesiam officiare, gubernare seu regere per suum Capellanum vel personam de suo monasterio, prout sibi visum fuerit expedire — Ad euentissimam itaque omnium prelibatorum certitudinem sigilli nostri appensione presentem literam mandauimus communiri. Datum Verde, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCVII<sup>o</sup>., Kal. Febr.

Gercken's Dipl. I, 282, 283.

XLVIII. Der Rath der Neustadt Saltwedel befundet eine Schenkung Thidemann's von Snege an den Marien-Magdalenenaltar in der Altstadt Saltwedel, am 10. October 1297.

In nomine Domini Amen. Nos Thidemannus de Snege, Hermannus de Hyddefaker, Gerardus de Gravenstede, Marquardus Sutor, Hermannus Vinkeler, Johannes Dunneber, Thidemannus Pistor et Meyno de Lubras, Consules nove ciuitatis Soltwedel, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod Thidemannus de Snege, noster consocius et burgenfis, sanam et incolumem ducens vitam, assignavit et dedit motu proprio et arbitrio libero horreum suum in Perwerio et ortum adjacentem ad altare sancte Marie Magdalene in ecclesia veteris ciuitatis Soltwedel perpetuo libere possidendo, quibus scilicet horreo et orto, Rector prefati altaris sibi calicem et librum missalem, cum voluerit et necesse habuerit, comparabit, pecuniam deinde superantem in usus ejusdem altaris notorie convertendo. Ne igitur alicui super premissis dubium aliquod inposite-